

Franckesche Stiftungen zu Halle

**Joh. Andr. Qvenstedii, SS. Theol. D. & Prof. Publ. Ordin. in
Acad. Witteberg, Ethica Pastorum, & Instructio Cathedralis,
sive Monita, Omnibus ac ...**

Quenstedt, Johann Andreas

Wittebergæ, 1708

VD18 13565508

Cl. Prosopopoeias, Dialogismos, Hypotyposes & maximè similitudines non
spernat.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-213082)

CI.

Prosopopæias, Dialogismos, Hypotyposes & maximè similitudines non spernat.

Εἰσηγησις.

Prosopopæia, sive personarum ficta introductio insignè usum habet, præsertim in Epianorthosi, quâ Concionator personam quandâ vitio illo, quod taxare constituit, pollutam, in scenam producit, atque in eam libere invehitur, *Dialogismi* quoque & *hypotyposes*, quibus res sic verbis exprimitur, ut cerni potius videatur, quàm audiri, non negligenda sunt Oratori Ecclesiastico, non tamen in re quavis promiscuè usurpanda. *D. Jacobus Andrea* in *Method.* pag 81. ait; *Multum adjuvatur vulgus in concionibus percipiendis, si controuersæ, aut reliquæ partes doctrinæ Christianæ, sive admonitiones de moribus per Διαλογισμους populares proponantur.* *Hypotyposis* sive *representatio*, inquit *Dn. D. Gœtlius* in *Methodol.* cap. XIX. §. 29. quæ *Factum oculis quasi subjicit, ut non tam narrari, quàm geri videatur, Textuum Historicorum enarrationem illustriorem & affectuosam reddat.* In quâ tamen cavendum, ne *histrionica* sit &

affectata, nec in vita Minerva fiat. Sic Hoseas
 Prophetæ cap. V. v. 8. Hypotyposis bellicâ exag-
 gerat instans periculum, jubens canere clasi-
 cum, conclamare ad arma contra hostes, ceu
 jam præsentem, ut fortius terrorem inestiat.
 Chrysostomus in formandis Hypotyposis, & in-
 veniendis ac applicandis similitudinibus inter
 prælosores Ecclesiæ. Oratores planè admirabilis &
 absque pari fuit. *Similitudinem* (ὁμοίωσιν) voca-
 mus, quando res minus nota per notiores, sa-
 cra per profanam, vera per fictam, cœlestis per
 terrenam, spiritualis per naturalem & corpore-
 am, invisibilis per visibilem, æterna per tempo-
 raneam demonstratur. Similia verò ut & ada-
 gia adhibeat Concionator, quæ non sunt ine-
 pta, aut nimium humilia & abiecta, z. talia, quæ
 ipse populus vel usurpat in honestis colloquiis,
 vel facile percipit. Salvator ipse in Concioni-
 bus suis plerumque, quas in verbis carnis suæ
 multas egregias, vividas, validas & Deo plenas,
 ad populum habuit, adhibet similia vulgaria, si-
 ve è medio rerum usu petita, & quidem maxi-
 mam partem *parabolas*, quæ juxta *Beati* verba in
 proemio Proverb. Salom. πῶς ἂν ἐν τῷ βάθει δι-
 δόσκων συγκαλύπτου, profundiores in recessu
 sensum abscondunt, quarumque in Historia Evan-
 gelicâ magna sese offerret copia v.g. de canâ ma-
 gna, de vineâ, de villico, de semine, quadrifariam
 cadente, de grano Sinapis, de Zizania, de fermento,
 de thesauro occultato, de margaritis vel unione,
 de

ET INSTRUCT. CATHEDR. MON. CL. 61

de *sagenā* &c. Imo expressē de Christo dicitur,
 quod *absq̃ue parabolis* nihil auditoribus suis
 locutus sit Marci IV. 34. Interdum quoq̃ue à re-
 bus fabrilibus aliisq; vulgò obviis, similia du-
 xit. Exempla habes Luc. IX. 62. de *aratro*, &
 Matth. XI. 29. de *jugo* &c. Non solum ut ad ca-
 ptum auditorum pro incomparabili bonitate
 sua sese dmitteret, sed etiam ut memoria illo-
 rum Mysteria regni coelestis his similitudinum
 adminiculis eò firmitus infingeret. Collationes
 insuper cum similibus aliis ad plebem moven-
 dam plurimum valent, & in primis gr̃a illies-
 se solent & jucunda. Quod *Augustinus* con-
 firmat Lib. II. de doctr. Christ. cap. 6. ingiens;
*Nemo ambigit, & per similitudines liben-
 tius quæq̃ue cognosci, & cum aliqua dif-
 ficultate quæ sita multò gratius inveniri.*
 Et Epist. CXIX. ad Januarium; *Plus ait,
 movent figuratè dicta & accendunt a-
 morem, quàm sinuda, & sine ullis Sacra-
 mentorum similitudinibus ponerentur.*
Quintilianus inquit, *similia ad inferendam*
rebus lucem esse reperia. Wub. Zepper lib. III.
Polius Ecclesiast. cap. 7. pag. 397. Similia sunt
omnino iudiciis illius. Quædam sunt simi-
litudo iudiciorum illius. Quædam sunt simi-
litudo iudiciorum illius.

simpliciorum per spicilla. Non itaque obscura sicut
vel ignota, sed clara & quæ ad rem faciunt illu-
strandam. Sæpe quoque ex verbo aliquo Me-
taphorico elici similitudo potest, si fusius expli-
cetur. Est enim Metaphora brevis quædam si-
militudo. *Rudolph Agricola lib. I de invent. cap. 23.*
inquit; Ad auditorem, qui sponte sequi-
tur, docilemque se præbet, nullus locus,
quam similitum accommodatio est. A-
perit enim rem (si recte adhibeatur) &
quandam ejus imaginem subicit animi,
ut cum assentiendi necessitatem non affe-
rat, afferat tacitum dissentiendi pudor-
em. Lucas Osiander Lib. de ratione
Concion. pag. 61. rectè docet; Similitu-
dines plurimum res propositas illustrant:
& auditorum animis fere tenacissime in-
herent; quare, quoties occasio datur,
appositis & convenientibus similitudi-
bus utendum est. Cavendum autem, ne
res magnas humiliter; parvas vero illustri
similitudine declarare tentemus; talia e-
nim similia exhibentur. Denique similia
ultra tertium suum non sunt extendenda. Jam-
pridem enim monuerunt Chrysostomus, Theophy-
lactus & Damascenus, in similitudinibus omnia
non posse nec debere comparari. CIL